Particulae procliticae va, mi, še geminationem consonae sequentis perdere et vocalem suam plenam cnm semivocali permutare possunt, non tamen ante suffixa nec (excepta particula relativa) ante articulum. Pronuntiationem š' ipsa punctatio masoretica aliquando agnoscit; Vav conversivum imperfecti e simplici copula ortum esse, nunc ab omnibus conceditur. Obiter hic notetur, punctatores saepe, praesertim in libris propheticis et poeticis, Vav conversivum absque ratione, immo contra verum sensum, posuisse. Mutationem praepositionis min in m' etiam analogia poeseos syriacae tuetur[1]). Apud Hebraeos haec inveniuntur exempla ejus certa: Ps. 19, 13; 31, 5. 12; 69, 5. 18; 71, 4; 73, 19; 76, 5. 7; 84, 11; 91, 3; 109, 20; 113, 3; 119, 43. 51. 52. 98. 99. 104. 110. 157; 125, 2; Thr. 4, 7. 18. 19; Pr. 2, 16a. b; 7, 5a. b; 16, 32; 17, 13; 25, 7. 17. 25; 27, 10; 28, 6; Iob 4, 13; 5, 6. 21; 15, 10. 13; 18, 14; 20, 5; 27, 13; 36, 7; 39, 25; Gen. 49, 25; Deut. 33, 27; I Sam. 2, 3; Is. 9, 13; 12, 3; 14, 8. 29; 25, 1; 34, 3; Mich. 4, 2; Hab. 3, 13. Alternat cum ea eventualiter forma originaria pluralis feminini ante suffixa (Ps. 119, 10. 21; 121, 8; 130, 1; 131, 3; Thr. 1, 13), formae ʿ'lav (Pr. 27, 22), Jiσr'él (Ps. 136, 11), chupp'tô pro chuppatô (Ps. 19, 6), terminatio -ô pro -éhû (Deut. 32, 13), mutatio textus (Num. 21, 28 miqqart; 21, 23 miš-Š'muel, quae tamen lectio omissionem nonnullorum stichorum inter v. 23 et 24 praesupponeret). Casus, in quibus prius e duobus min, ante suffixa poni solitis, semivocalem recipit, hic non enumeravi, cum etiam ex omissione geminationis praepositionis, in ipso adhuc textu masoretico loquelae poeticae interdum concessa, explicari possint. Notentur tantum loci, in quibus mimmenni pronuntiandum est m'-menn- vel potius menn-: Ps. 88, 9; 101, 4; 119, 19; Pr. 30, 7;

---

[1]) Cf. Apocryphal Acts of the Apostles, I, p. 275, l. 11: M'mádn'chojé tammón ch'zit; p. 276, l. 17: Nódet v'qómet m'šénat; p. 278, l. 1: M'šéljo kád aqbéltoh; S. Ephraemi Carm. Nisib. 2, 64—68: Sobé ger m'šébjo Etch'sékh; ʿ'Lajmé m'šunnódo, V'ʿulé m'šuppóqo; Nešé m'fursójo, V'ʿittó m'buzzócho; 108: Lo h'vó m'qol játro D'chel v'tób; 6, 122: Lajnó m'khul gábbaj; 186—187: Chaššó m'qol ϑébbo, Vebló m'chubbólo; 7, 22: M'nuró-dš'gar gábre; 12, 26: S'bitó m'šabbójo; 29, 145: Lokhú m'khil gáljo; 32, 14: Cheϑϑ'tó m'bet kúbbe: 39, 123: Majkó nomúso chád'to n'báʿ li; 43, 43: D'mitó m'fum mávto; 58: Mavtó m'qol gárme; 44, 107: L'zarʿó m'gav tébno; 111: D'nešré m'hoj náfšo; S. Ephraemi Opp. syriaca III, p. 59: Nafšó m'çajjóre; p. 60: Ajnó m'çajjóre; in hymnis Cyrillonae III, 38 (ZDMG 1873, p. 577): Kolén purqón m'chajjóbe

Iob 13, 13; 27, 5; nec non Ps. 139, 19; Iob 22, 18; Is. 38, 12, ubi ipse textus praesens retinuit menni vel minni; quibus addi potest Ps. 88, 19, nisi malis legere v're' pro vare'. Vav conversivo imperfecti simplex copula substituitur in locis Ps. 18, 8a. c. 11. 15. 36; 44, 19; 50, 18; 78, 3. 24. 27. 41. 57a1. a2. 58. 70; 80, 10; 89, 39; 97, 8; 105, 16; 106, 9. 14. 20. 30a. b. 31. 32. 43; 109, 16. 17; 136, 11; Thr. 4, 11; Pr. 7, 13; 30, 4; 31, 15. 16; Iob 4, 5; 10, 8; 16, 8; 20, 25; 30, 26a. b; Jos. 10, 13. Huic licentiae substitui potest mutatio vocalis A ante suffixa imperfecti in semivocalem (Ps. 44, 3; Iob 3, 25), praepositio m' (Iob 3, 10), forma Jiσr'el (Ps. 105, 23). Relativum denique še fit š' in Ps. 124, 1. 2. 6; 129, 6. 7; 133, 2; 134, 1; Cant. 1, 7. 12; 3, 4a. b2. b4. 7; 4, 2; 5, 9; Thr. 2, 15. 16; 4, 9; Jud. 5, 7b2. b4. Idem alternare potest cum pronuntiatione -t (Cant. 3, 1. 2. 3) et m' (Cant. 4, 1).

Vocalis I finalis, primam personam designans, tam in terminatione perfecti, quam in suffixis abjici potest, nisi vox sit monosyllaba aut semivocalis proxime praecedat. Hanc apocopen non pauci loci textus praesentis testantur, in quibus Jod finale primae personae omittitur (cf. Ex. 15, 2; II Sam. 23, 5; III Regn. 8, 48; 18, 20; Is. 12, 2; Ez. 16, 59; Soph. 2, 9; Ps. 16, 2. 6; 59, 5; 118, 14; 140, 13; Iob 42, 2), cum vetustissimae inscriptiones Hebraeorum Moabitarumque vocales in fine vocum exprimant et ipsi Phoenices suffixum primae personae per literam Jod reddiderint.

Illud quoque interdum ipso textu masoretico confirmatur, quod suffixa, non solum tertiae personae pluralis, sed omnia, secundum analogiam aliarum linguarum semiticarum[1]), plurali feminini directe jungi possunt, non interposita terminatione pluralis masculini. Metro exigitur haec pronuntiatio in locis Ps. 18, 35; 40, 6; 48, 14; 50, 8. 9; 55, 11; 68, 14; 69, 5; 71, 17; 77, 20; 93, 5; 94, 19; 119, 22. 24. 27. 86. 151. 152; 139, 13; 145, 5; Pr. 5, 6. 16; 8, 34; 9, 3; 31, 15; Iob 16, 13; 22, 10; Jud. 5, 29; II Sam. 1, 20; Is. 34, 13; alternat eventualiter cum formis Jiσr'el (Num. 24, 5) et -m (Iob 10, 5), nec non cum mutatione pluralis in singularem (Ps. 145, 4 úg'burátekhá jaggídu).

Aliam singularitatem grammaticae hebraicae, quae secundae consonae stirpis in conjugatione hif'il vocalem immutabiliter longam I subdit, textus masoreticus nonnunquam, metrica saepe spernit, retinendo formam primitivam, analogiam linguarum cognatarum et conjugationis pi'el sequentem. Apparet, hanc pronuntiationem nullam constituere veram mutationem textus, cum antiquiori tem-

---

[1]) Etiam Moabitae hanc generalem analogiam secuti sunt, cum Mesa rex scripserit š''arähâ cum litera Jod, sed migd'lôtah absque ulla litera vocali.

pore matres, quae vocantur, lectionis in medio vocum, exceptis diphthongis in syllaba aperta, vix adhibitae sint.

Necessitatem quoque mutationis copulae v' in û ante literas labiales analogia linguarum cognatarum refellere videtur. Quod si quis huic subtilitati mordicus patrocinetur, supponere potest, vocalem initialem potius suppressam esse.

Etiam in plurali feminini imperfecti metrum aliquando (Ps. 51, 10; 69, 24; 75, 11; 119, 171; Thr. 2, 20; Is. 35, 5a. b; etiam Ps. 31, 19 et Pr. 24, 2, nisi hic, ut alias, vox σ'fatajim cum masculino verbi construatur) servavit formas aramaizantes in terminationem -ân desinentes, quas magis originarias esse, patebit comparanti femininum pluralis imperfecti aramaici jiqϑ'lân cum statu absoluto et constructo pluralis mašl'mân, mašl'mât, hos vero cum formis magis primitivis arabicis muslimâtun, muslimâtu, et observanti, quam evidenter etiam masculiñum pluralis imperfecti eandem cum nomine terminationem habeat.

Praepositio l' cum suffixo tertiae personae pluralis secundum analogiam formae bam pronuntiari potest lam; cf. Ps. 28, 4; 58, 5. 8; 64, 6; 78, 66; 104, 8; 105, 44; 119, 165; 145, 15; Pr. 1, 22; Iob 3, 15; 15, 19; Deut. 33, 2b. e. Idem valet, nisi negligatur pausa (Thr. 4, 15), particula proclitica ante accentum cum semivocali efferatur (Ps. 78, 25; 111, 6), vocalis initialis post copulam supprimatur (Ps. 109, 25), Vav conversivum non curetur (Ps. 106, 15; 107, 6. 13. 19. 28). Suffixum tertiae personae post imperfectum saepius quam in textu praesente formam -ô pro -éhû habet, quod in scriptione primitiva nullam constituit mutationem textus, ut mox demonstrabitur.

Hucusque leges expositae sunt, quae numerum syllabarum minuunt. Augetur nonnullis pronuntiationibus, etiam in textu masoretico passim occurrentibus. Ita nonnunquam retinetur He conjugationis hif'il in imperfecto et participio, rarius He articuli post praepositiones. Vocalem Ī in fine status constructi singularis metrica multo frequentius agnoscit, quam textus praesens[1]). Idem valet de formis suffixorum -áhû vel -éhû pro -ô[2]) et -êhû pro -av. Haec permutatio pro vera mutatione textus haberi nequit, cum suffixum -ô e primitivo -ahû ortum sit ideoque non solum apud Phoenices Moabitasque, sed etiam adhuc in multis locis textus praesentis per

---

[1]) In fine status constructi pluralis feminini potius terminationem -ê addendam esse, suadent formae ejus suffixis auctae et nonnullae analogiae in textu masoretico (cf. J. Olshausen, Lehrbuch, § 127b). Huc pertinent loci Ps. 12, 7; 79, 3; 83, 13; Cant. 1, 5; 3, 10; 5, 8. 16; Thr. 5, 10; Deut. 32, 7; Jud. 5, 15; Jer. 18, 15; nec non Ps. 87, 2, nisi legas minni khol

[2]) Sed formis bô et lô nunquam pleniores substituuntur.

literam He scribatur. Denique formae pleniores minni, l'mo, b'mo aliquando vulgatioribus min, l', b' substituendae sunt.

Certum quoque est, quamquam nulla analogia textus praesentis fultum, combinationem -ij' interdum intactam remanere neque in -î resolvi. Cf. Ps. 9, 15; 17, 7; 59, 7. 15; 78, 40; 110, 1; Iob 13, 16; Num. 23, 19; Deut. 33, 24; Is. 5, 1; etiam Ps. 78, 46, nisi He articuli retineatur, et Ps. 44, 2, nisi secundae personae perfecti accentus in ultima syllaba tribuatur. Simili modo formae contractae v- Elôhîm, b- Elôhîm, l- Elôhîm, v- Adônaj, l- Adônaj interdum ad primitivas ve-ĕlôhîm, be-ĕlôhîm, le-ĕlôhîm, va-ădônaj, la-ădônaj reducuntur (Ps. 37, 13; 57, 3; 59, 18; 60, 14), quae et ipsae, suppressa vocali initiali, in v'- -Lôhîm, b'- -Lôhîm, l'- -Lôhîm, v'- -Dônaj, l'- -Dônaj mutari possunt (Ps. 40, 4; 42, 7. 12; 43, 5; 69, 4; 75, 10; 76, 12; 86, 8; 115, 3; 135, 5; 136, 2. 3; 147, 1. 7; Jer. 50, 25).

Notum est, priscam terminationem feminini -at pro -a tam in verbo, quam in nomine a poetis interdum retineri, cujus rei exempla a scribis vel punctatoribus obscurata in notis demonstravi. Aliquando inter se permutantur voces ani et anokhi (Ps. 73, 23; Iob 33, 9; Is. 37, 25), leb et lebab (Ps. 4, 5; 13, 6; 39, 4; 45, 2; 61, 3; Pr. 23, 7; Iob 23, 16; 37, 1; etiam Iob 10, 13, nisi negligatur pausa), saepissime vero Jahvä et Jah, unde probatur, utramque formam nominis sacrati olim eodem compendio scriptionis designatam esse, fortasse simplici litera Jod, cum tetragrammaton non raro in textu praesenti contra rationem metricam exciderit. Denique metrum quoque confirmat rationes exegeticas, quae evitationem tetragrammati in psalmis, qui dicuntur, elohisticis non poetis, sed collectori tribuendam esse alte clamant[1]).

Accentus metricus apud Hebraeos, ut apud Syros et Byzantinos, cum grammatico coincidit. Sed apud solos Hebraeos Syrosque syllabae acutae cum aliis semper ita alternant, ut nulli sint pedes rhythmici praeter iambos et trochaeos tonicos. Cum ultima syllaba stichi accentu careat, illi versus, qui parem syllabarum numerum (4, 6, 8, 10, 12) habent, rhythmo trochaico fluunt, alii (5, 7) iambico. Excipiuntur stichi tetrasyllabi, si cum heptasyllabis (in schematibus 7. 4 | 7. 4 et 7. 7. 7 | 7. 4) conjuncti eorum rhythmo iambico assimilantur et accentum in ultima syllaba admittunt.

---

[1]) Hinc apparet, psalmos 42—83 collectionem separatam constituisse, in qua tamen Ps. 42—50 primitus locum suum ante Ps. 73 habuisse videntur. Psalmos 84—89 fortasse ille addidit, qui collectionem elohisticam cum antiquissima (3—41) conjunxit. Duos ultimos libros (90—150) postremo collectos esse, inde quoque patet, quod Ps. 108, e Ps. 57 et 60 compositus, per exceptionem tetragrammaton evitat, ergo jam collectionem elohisticam qua talem supponit, cum e contra textus Ps. 14 et 40 usu nominis Jahvä et melioribus lectionibus prioritatem suam prae Ps. 53 et 70 evidenter declaret.

Vocales auxiliares nunquam accentum recipere possunt, semivocales e primitivis plenis ortae tum tantum, si in eadem voce sequatur alius accentus, vocalem plenam feriens; quae regula Syris quoque observatur. Systema tonicum punctationis generatim metrica confirmatur; sed voces oxytonae vocali suae plenae penultimae tantum ictum tribuunt, ut nihil referat, utrum accentus metricus ultimae an penultimae syllabae plenae imponatur. Hujus rei vestigia punctatio agnoscit, cum in pausa, in concursu duarum syllabarum tono instructarum, nec non in imperfecto conversivo voces oxytonas in paroxytonas mutet, et vocali syllabae apertae, quae semivocali a finali accentuata separatur, ictum mäteg tribuat. Similiter Arabes omnibus syllabis vel clausis vel vocali longa instructis, excepta ultima, ictum quemdam tribuunt, accentu principali vix leviorem. Idem valet de Syris et Hebraeis. Sed cum hi etiam vocales ante tonum productas, utrique vocales breves ante syllabas semivocali instructas, ictu donent, omnes vocales plenas rhythmice aequales reddunt, excepta ultima accentu carente; quam et ipsam apocopantes Syri accentum metricum a solis semivocalibus arcent, dum Hebraei saltem ultimam syllabam vocum paroxytonarum ab accentu eximunt.

Ad exceptiones praecipue pertinet, quod persona prima et secunda singularis perfecti non solum post Vav conversivum perfecti, sed alias quoque accentum in ultima syllaba habere potest. Exempla secundae personae habes Ps. 4, 2; 5, 6; 8, 3. 7; 9, 5. 6. 7. 11; 10, 14; 21, 3. 5; 40, 7; 41, 12. 13; 52, 6; 60, 4; 61, 4; 66, 12; 68, 19; 74, 2. 13; 76, 9; 80, 5. 10. 13. 16. 18; 81, 8; 85, 2; 89, 4. 11. 20. 39. 41; 104, 1. 8; 116, 16; 119, 21. 118; Thr. 3, 43. 44. 57. 59. 60. 61; Pr. 9, 12; 23, 8; 24, 14; 25, 16; Iob 10, 12. 13; 15, 9; 26, 2. 3; 33, 8; 38, 4. 12. 18; Ex. 15, 10. 12; Is. 12, 1; 14, 10b1. b3. 12. 19; 37, 24. 29; primae personae Ps. 38, 7; 40, 11; 69, 9; 119, 13; 140, 13; 142, 7; Cant. 5, 3; 7, 14; Iob 16, 15; 30, 29; 33, 2; 40, 4; nec non Ps. 73, 3 et Is. 44, 2, nisi illic He articuli retinere, hic vi- J'šurun pro v- Išurun pronuntiare malis. Pluralem masculini imperfectorum verborum mediae v, j in conjugationibus qal et hifʿil etiam absque terminatione -n oxytonum esse posse, probant loci Ps. 6, 11a. b; 9, 18; 10, 5; 17, 11; 22, 8; 28, 5; 33, 8; 37, 19; 49, 11; 51, 15; 55, 4; 56, 7; 59, 4. 7. 15; 62, 11; 63, 10; 65, 14; 69, 13; 72, 10; 78, 20; 82, 5; 83, 18; 86, 9; 88, 11; 105, 41; 107, 27; 109, 10; 118, 20; 119, 77. 79; 127, 5; 129, 5; 139, 19; 149, 2; Cant. 8, 1. 7; Thr. 5, 4; Pr. 5, 7. 16; 6, 30; 10, 21; 28, 5a. b; 29, 8a. b; Iob 3, 17; 14, 12; 17, 10; 19, 3. 12; 24, 7; 30, 11. 12; 34, 20; 36, 13; Deut. 33, 7. 10; Is. 14, 21; Hab. 3, 10. Alternat cum hac licentia eventualiter forma primitiva pluralis feminini ante suffixa (Ps. 58, 10), pronuntiatio ʿʾlemo pro ʿalemo (Iob 30, 5) et -l pro al (Ps. 66, 7),

praepositio m' (Ps. 68, 2; Iob 41, 17). E supra dictis patet, pro j'qumú vel jéqumú etiam pronuntiationem j'qúmu metrice admissibilem esse, nunquam vero jáqumú. Femininum singularis imperativi verborum mediae v, j in conjugatione qal oxytonum esse, a punctatoribus interdum admittitur et metro confirmatur in loco Ps. 114, 7, pro eadem forma verborum mediae geminatae apud Is. 23, 16. Sed et masculinum pluralis imperativi qal in verbis mediae geminatae semel (Ps. 48, 13), in verbis mediae v, j pluries ultimam syllabam habet accentuatam (Ps. 32, 11; 33, 3; 48, 14; 50, 22; 90, 3; 95, 6; 96, 8; 98, 1; 100, 2. 4; 105, 2a. b; 149, 1; Iob 6, 29; 19, 29; Num. 21, 27; Deut. 32, 7; Is. 42, 10; etiam Thr. 4, 15, nisi negligatur pausa). In perfecto qal verborum mediae geminatae non solum, quod ipsa punctatio permittit, tertia persona pluralis, sed etiam singularis feminini, nullo praecedente Vav conversivo, oxytona est in loco Ps. 44, 26, nec non Iob 30, 30, nisi pro minni substituas min. Ceterum utrobique licentia tolli potest, si legatur šach'cha, char'ra. Perfectum metaplasticum conjugationis nif'al eorundem verborum, conjugationem qal imitans, quod ipse textus praesens agnoscit, metro confirmatur in locis Ps. 38, 6; 68, 9; Jud. 5, 5; Jer. 12, 11. Imperativus hif'il, ád modum flexionis aramaizantis formatus, semel invenitur (Cant. 6, 5).

Stichi iambici, ut jam dictum est, vel pentasyllabi vel heptasyllabi sunt; trochaici sex, octo vel duodecim syllabas habere possunt. Inveniuntur etiam stichi quatuor et decem syllabarum, sed tantum in strophis mixtis cum aliis conjuncti. Per se trochaici sunt; sed tetrasyllabi, si heptasyllabis junguntur, ab iis rhythmum iambicum mutuo sumunt, ne in eadem stropha duo rhythmi contrarii collidant. Lex, secundum quam stichi cum incisis sententiarum coincidunt, apud Hebraeos stricte observatur. Rarissime tantum voces quoad sensum sticho praecedenti tribuendae ad stichum parallelum sequentem pertinent (Ps. 58, 12; 68, 33; 86, 15; Pr. 6, 13; 25, 22; Deut. 33, 27); aliquando saepius anomalia contraria invenitur (Ps. 11, 2; 32, 8; 58, 4. 11; 64, 10; 65, 12; 68, 4. 19; 75, 4; 78, 38; 84, 8; 86, 4; 120, 5; 130, 5; 140, 8; 143, 7; 144, 1; Pr. 7, 7; 9, 3; 31, 15; Is. 10, 2; Ez. 19, 9; nec non Ps. 27, 4, nisi legas b'hêkh'lô). Nunquam tamen status constructus a suo genitivo vel aliae voces arctius inter se conjunctae fine stichi separantur. Syri quoque et Byzantini hanc divisionem stichorum secundum sensum generatim servaverunt, quae quidem in hymno syriaco gnostico adhuc strictius retinetur, quam a S. Ephraemo.

Parallelismum duorum vel interdum trium stichorum jam dudum admiserunt viri docti, sed erronee tamquam legem violabilem et mere metaphysicam, non immutabilem et vere metricam. Nam poesis Hebraeorum nullum omnino patitur stichum solitarium, sed semper binos parallelos conjungit. Si stropha impari stichorum

numero (3, 5, 7, 9) constat, unum tristichon formatur, quod non solum in omnibus strophis ejusdem carminis, sed etiam in omnibus carminibus ejusdem schematis strophici eundem locum occupare debet. Parallelismus perfectissimus est in sententiis antitheticus, in carminibus synonymus (a = b); frequenter tamen reducitur ad syntheticum et mere formalem (a + b). Unde interdum accidit, quod duo disticha iterum sententiam parallelam secundum formulam a + b = α + β efficiant. Stichi paralleli necessario arctius inter se quam cum aliis finitimis junguntur.

Strophae heptastichae et prolixiores non solum in disticha vel tristicha parallela, sed etiam in binas vel ternas combinationes distichorum dividuntur, quae et ipsae in omnibus strophis ejusdem schematis eodem loco recurrunt.

Omnia carmina hebraica strophica sunt, cum simplicia quoque disticha pro strophis haberi queant. Strophae aut homostichae sunt, solis versibus vel pentasyllabis vel hexasyllabis vel heptasyllabis vel octasyllabis vel dodecasyllabis compositae, aut mixtae, in quibus plures ex his versibus, additis etiam tetrasyllabo et decasyllabo, combinantur. Syri majorem partem stropharum homostícharum cum Hebraeis communes habent[1]); e strophis mixtis unicam tantum inveni utrique populo usitatam, nempe schema 7. 4 | 7. 4, Syris formatum et decantatum ad melodiam: O mávto, ló teštá'le (cf. Carm. Nisibena, p. 104. 126 text. syr.).

Sequentia schemata strophica apud Hebraeos occurrunt: 5. 5 | 5. 5 (Ps. 4; 11—13; 27, 7—14; 32); 5. 5 | 5. 5 | 5. 5 (Is. 27, 2—5); 5. 5 | 5. 5 || 5. 5. 5 (Ps. 30); 5. 5 | 5. 5 || 5. 5 | 5. 5 (Ps. 17); 6. 6 (Ps. 116. 118; Deut. 33); 6. 6. 6 (Cant. 3, 1—4; 8, 13—14); 6. 6 | 6. 6 (Ps. 82; Cant. 5, 8—6, 2; 6, 4—9; 8, 8

---

[1]) Valet hoc de strophis pentasyllabis, hexasyllabis, heptasyllabis. Nam versus octasyllabi in solis fere strophis mixtis inveniuntur. Difficilis est quaestio quoad strophas dodecasyllabas. Metrum enim, quod dicitur, Jacobaeum proprie non continet stichos dodecasyllabos, sed ternos tetrasyllabos. Cum autem Syri primitus strictiorem parallelismum Hebraeorum adhibuerint, improbabile videtur, eos tristicha conjunxisse, nulla ad id necessitate coactos. Ac revera poetis syriacis ante Jacobum Sarugensem metrum illud incognitum erat. Nam S. Ephraem in carmine Nisibeno 60 inde a versu 11 schema 7. 4 | 7. 4 per inadvertentiam ita mutavit, ut stichi heptasyllabi additione unius syllabae fierent bini tetrasyllabi, strophae autem sequerentur schema 4. 4 | 4. 4 | 4. 4. Idem quidem in ultimo hymno adversus scrutatores e professo strophas dodecastichas tetrasyllabas fingit, sed binis stichis parallelis junctis. Cyrillonas quoque disticha tantum tetrasyllabica adhibet. Addatur hic, melodiae frequentissimae hymnorum S. Ephraemi de Paradiso rectius tribuendum esse schema 5. 5 | 5. 5 | 5. 5 || 5. 2 || 5. 5 | 5. 5, ejusdemque hymnos 10—25 adv. scrutatores sequi schema carminis: Att, Mór, akhtébtoh (5. 6 | 7. 4 || 4. 4 | 4. 5). Ex his praesertim hymnis, falso schemate donatis, Augustus Hahn multas leges grammatice impossibiles metricae syriacae praescripsit. Schema primi carm. Nisib. est: 7. 7 | 7. 8 || 7. 7 | 7. 4 || 7. 7 | 7. 7 || 7. 8.

—10; I Sam. 2, 1—10); 6. 6 | 6. 6. 6 (Cant. 1, 2—8); 6. 6 | 6. 6 | 6. 6 (Ps. 113; Cant. 1, 9—2, 6; 2, 8—16; 3, 7—11; 4, 1—8; 5, 2—7; 7, 2-10); 6. 6 | 6. 6. 6 || 6. 6 (Ps. 2); 7. 7 (Ps. 33; 111; 112; 115; 135; 146; 147, 1—11; Prov. 1—31; Iob 3, 3—42, 6; Gen. 4, 23—24; 49, 2—27; Num. 21, 17—18; 23, 7—10. 18—24; 24, 3—9. 15—24; Deut. 32; Jos. 10, 13—14; I Sam. 18, 7; Is. 42, 10—13; Zach. 11, 1—3; multique alii loci prophetici, quos hucusque consulto praetermisi); 7. 7. 7 (Ps. 24, 7—10; 77, 17—20; 93; 138; Iob 24, 5—8. 10—24; 30, 3—7); 7. 7 | 7. 7 (Ps. 3; 24, 1—6; 25; 26; 29; 34; 37; 47; 49; 50; 54; 72; 73; 81, 6c—17; 83; 85, 5—13; 88; 91; 94; 97; 100; 103; 105—107; 109; 114; 139; 144, 12—15; 150; Thr. 5; II Sam. 23, 1—7; Is. 14, 29—32; 25, 1—5; 34—35; 44, 1—5; Mich. 6, 6—8; Nah. 1, 2—10; cum pluribus aliis carminibus propheticis); 7. 7. 7 | 7. 7 (Ps. 67; Ezech. 32, 2); 7. 7 | 7. 7 | 7. 7 (Ps. 7, 2—6. 13—18; 36, 6—13; 55, 2—20b; 61; 71; 76; 77, 2—16. 21; 78; 81, 2—6b; 85, 2—4; 92; 95; 102, 2—23; 147, 12—20; 148; 149; Num. 21, 27—30; Is. 11, 1—8; Mich. 4, 1—3; Hab. 3; his carminibus fuisse videtur nomen šig'jônôt, cf. Ps. 7, 1; Hab. 3, 19); 7. 7. 7 || 7. 7 | 7. 7 (Ps. 31); 7. 7 | 7. 7 || 7. 7 | 7. 7 (Ps. 18; 22; 64; 89; sequitur rationem strophicam et melodicam carminis deperditi: Cerva aurorae); 7. 7 | 7. 7 || 7. 7 | 7. 7 || 7. 7 (Ps. 104; 132); 8. 8 (Ps. 117); 8. 8. 8 (Ps. 79; 96; Cant. 4, 9—11); 8. 8 | 8. 8 (Ps. 9—10; 15; 20; 21; 38; 63; 74; 90; 141; 145); 8. 8 | 8. 8. 8 (Ps. 68); 8. 8 | 8. 8 | 8. 8 (Ps. 6; 19, 2—7; 41; 51; 140); 8. 8 | 8. 8 || 8. 8. 8 (Ps. 16); 8. 8 | 8. 8 || 8. 8 | 8. 8 (Ps. 44—46; 60; 66; 69; 80; ad modum hymni deperditi: Lilium testimonii); 12. 12 (Is. 37, 22—29; Jer. 18, 13—17; Ezech. 19, 2—9; Am. 5, 2; Jon. 2, 3—10); 12. 12. 12 (Ps. 136; Thr. 1—3; Ez. 19, 10—14); 12. 12 | 12. 12 (Thr. 4; Jer. 12, 7—12; 50, 23—29); 12. 12 | 12. 12 || 12. 12. 12 (Is. 14, 4—21; 26, 1—10); 12. 12 | 12. 12 || 12. 12 | 12. 12 (Ps. 119); 7. 5 | 7. 5 (Ps. 7, 7—12; 28; 35; 39; 40; 48; 55, 20c—24; 65; 98; 110; 120—131; 133; 134; 137; 142; 143; Is. 5, 1—2; 23, 16); 7. 4 | 7. 4 (Ps. 14; 19, 8—15; 23; 27, 1—6; 84; 101; 102, 24—28); 7. 7. 7 | 7. 4 (Ps. 36, 2—5; 87); 4. 4. 6 (Cant. 4, 12—5, 1); 4. 4. 8 (Cant. 2, 7); 6. 6. 8 (Cant. 8, 11—12); 6. 4. 4 | 6. 10 (Is. 25, 9—12); 8. 6 | 8. 6 (Cant. 3, 6; 6, 10—7, 1; 8, 5; 7, 11—8, 2; 8, 6—7); 8. 6 | 8. 8. 10 (Ps. 52; 56; ad modum carminis deperditi: Columba terebinthorum remotarum); 8. 8. 6 | 8. 12 (Ps. 99); 8. 4 | 10. 6 | 8. 8 (Ps. 5); 8. 6 | 8. 6 | 8. 10 (Ps. 86; Exod. 15, 1—18; Jud. 5; Is. 12); 8. 8 | 10. 12 || 12. 8. 6 (Ps. 42—43); 8. 6 | 8. 6 | 8. 6 || 8. 8. 6 (Ps. 57—59; 62; 75; sequitur modum strophae exemplaris deperditae, cujus initium erat:

Ne perdas); 8. 8 | 8. 6. 6 || 8. 6 | 6. 6 (Ps. 144, 1—11); 8. 6 | 8. 6 | 8. 6 || 8. 8 | 10. 8 | 8. 6 || 6. 6 (Is. 9, 7—10, 4); 10. 8. 10 (II Sam. 1, 19—27; 3, 33—34); 10. 10 | 10. 8 || 6. 8. 10 (Is. 38, 10—20); 12. 10 | 8. 6 (Ps. 8); 12. 8. 8. | 8. 6 (Ps. 1).

Responsorium a choro post singulas strophas canendum expresse commemoratur in loco Exod. 15, 20—21, illa ipsa radice designatum, e qua Syri pro eadem re suum effecerunt terminum technicum ʿunita, quoad sensum cum veteri Graecorum christianorum (ὑπακοή) identicum. Ipse textus interdum addit responsorium recurrens vel omnibus strophis (Ps. 46; Is. 9, 7—10, 4), vel alternis (Ps. 42—43), vel saltem pluribus (Ps. 80; 99; 144, 1—11). Frequentius semel tantum in initio vel fine psalmi vel utrobique notatur nec tum partem textus constituit[1]).

De carminibus Hebraeorum alphabeticis, excepto artificio recenter detecto Nahum Prophetae, jam multa, licet interdum ob zelum pro textu masoretico satis mira, protulerunt exegetae. Attamen in notis meis ad carmina alphabetica et, ut ita dicam, alphabetizantia, quae tantum 22 strophis vel distichis vel stichis constant[2]), nonnihil novi invenietur. Addam hic, fortasse in v. 9—11 cap. 4 Cantici latere fragmentum carminis alphabetici. Cum Hebraei hac in re tantopere Syris Byzantinisque proluserint, facile suspicabitur quis, etiam ceteras acrostichides, nomen poetae vel sententiam continentes, quae hymnographis christianis utriusque linguae valde placuerunt[3]), a vatibus hebraeis non esse spretas; cujus tamen rei certum exemplum hucusque non prodiit, nisi forte e distichis Ps. 15 effingas acrostichida: Jahel nakhôn (habitans secure, cf. Is. 13, 20).

Subdantur hic duo specimina alphabetica hymnorum syriacorum, e carminibus Nisibenis S. Ephraemi selecta, et quidem hymnus exemplaris (εἱρμός) schematis iambici 7. 4 | 7. 4 cum alio, schema trochaicum 6. 6 | 6. 6 sequente. Utrumque schema apud Hebraeos

---

[1]) Occurrunt hoc modo acclamationes sequentes: 1) Alleluia (105. 111—118. 135. 147—150); 2) Benedic, anima mea, Domino (103. 104); 3) Alleluia, confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia ejus (106 107); 4) Confitemini Deo coeli, quoniam in saeculum misericordia ejus (136); 5) Lauda, anima mea, Dominum (146). Accuratiora de his responsoriis, ab ipso contextu psalmi bene distinguendis, tradunt notae.

[2]) Haec ad alphabetizantia pertinent: Ps. 33; 38; 39; 49; 50; 94; 103; 105—107; 115; 116; 146; 147, 1—11; Thr. 5; Num. 23, 18—24.

[3]) In secundo carmine Nisibeno literae initiales stropharum efficiunt acrostichida: Afrem, Afrem, Fremion. Simile diminutivum nomini suo addidisse videtur Iob ille hymnographus, cujus hymnum de festo Praesentationis Domini, cum aliis ad idem festum spectantibus permixtum, edidit doctissimus Cardinalis Pitra (Analecta Sacra, I, p. 425). Si enim hic nonnulla troparia, Deiparam alloquentia vel alias nexum turbantia, omittuntur, restituitur acrostichis Ἰώβῳ, Ἰωβίῳ, Ἰωβίῳ, Ἰώβῳ, Ἰὼβ, Ἰὼβ, Ἰὼβ, Ἰὼβ, Ἰώβῳ.

exacte recurrit. Regulae metricae cum hebraicis fere conveniunt, nisi quod Syris insuper licet, particulas procliticas (ba, da, va, la) ita voci praecedenti in vocalem desinenti jungere, ut vocalem amittant.

Carmen Nisibenum LXVIII.

Homo: O mávto, ló teštáʿle
ʿAl záddiqé,
B'naj mórokh, dab'fuqdóneh
Otén çedájk!

Responsorium: Lokh šúbcho, dáb'-fuqdónokh
Amlékh mavtó,
Vab'núchomókh meštáppal,
Akh méskinó!

Mors: B'hodé jattír jorébno
Akh méllat'khún,
D'khad ʿábdonó doéšno
Lab'náj chiré.

Homo: G'be vó Odóm vam'šálleϑ,
Vat'chét niréh
Att, mávto, v'bíšo kh'nótokh
ʿAbdé vajtún.

Mors: D'šubhóran hí, d'ho ʿábde
H'vav mórajjó.
Mavtó v'soϑóno kh'nóteh
Došúj l- Odóm.

Homo: Ho šéflokh, óf dakh'nótokh,
ʿAbdé kh'firé!
D'- Chanúkh doš vó lat'-rájkun,
Vaf'rách vamlékh.

Mors: Ven hú, d'- Chanúkh akhrí li,
Metbájjanó,
Deʿál ʿafréh d'- Nuch báš'-jul
Ho dóešnó.

Homo: Zuʿ, mávto, mén barnóšo,
Dof kád ʿabdáv,
Niró d'morúteh mámlekh
ʿAl bérjotó!

Mors: CHodéno, d'láv lab'çíre
Modén zekhít.
K'mo d'nírab gér chajjóbo,
Rab háv, daz'khój.

Homo: Θob nóçar qólokh, mávto,
ʿAl záddiqé;
Chanúkh ger v- Ilijó t'bar
Zavgó d'geppájk.

Mors: Jodáʿno, détqul éblaj
ʿAm bújjoáj.
Chelóf t'ren hó saggíe,
Detáv votén!

Homo: Kul déto vóte çédajk,
Akh távtobó,
Šoré v'mašqél men dájrokh,
Akh Lóʿozár.

Mors: Lo tábran hóno qólo,
Akh mó d'ʿaçbán;
De- Lóʿozár, dam'rád ʿ'laj,
Tub šáʿbedtéh.

Homo: Mavtó, eštáal vád'ruš,
D'mon élçat vót,
D'netnácham, én lav rózo
Çor núchoméh.

Mors: Nahírittún lad'róšo,
Akh báϑϑilé.
'No gér baʿ'bód ʿomélno,
Defrúš vedbár.

Homo: Saggí l'medráš etϑájjabt.
Manú zagrókh?
Š'roréh d'nuchóman álçokh
Bah'fókhotéh.

Mors: ʿEbádtunón l'khun sánjo,
Kad ló s'nenó.
-Nonó-dm'nichnó sobájkun
Valíçajkún.

ʿʾBadtúnon ákh sorúcho,
O mójuté!
Odóm qaϑϑél'khun véno
Meçϑáchenó.

P'šiqóit éfarsékhun;
ʿAbdó vit gér;
Vattún hu bách'ϑohájkun
Amlékhtunón.

Çebjón Odóm aʿíran;
D'šolé vit gér.
Mitó vit váchitúnon,
Dat'mútun bí.

Qobélno mén kaddóbe,
Daq'ϑál vakh'fár.
Odóm ger qáϑϑel náfšeh,
V'bi métʿaddál.

Riš hérr'to chévjav líϑo,
D'šappír chegír;
Dar'šáf, ʿal, sóm maççúto
Bet lí val'khún.

Š'biq Sóϑonó vaʿʾláj hu
Metgárrettún.
Zel, étkattáš ʿam bíšo,
D'hu chájjeb'khún!

Šavtóf hu v'ló khofárno,
V'das'név saggí.
Mon élçat, déçϑaché beh?
K'fir béh mekkíl.

Š'maʿ méllaj, ó mojúte,
Vebájjakhún!
-No -ʿíqet véno mávde
B'chajját mité.

Šarrí ger nóϑef bédnaj
Qol ϑújjobó
D'šippúro, d'sóʿar náfšeh,
Lam'jábbobú.

Š'maʿ méllaj vásgav méšcho
L'lampídajkún!
D'kholíto gér men çédaj
Lo ít lekhún.

Tehvún jodʿín, dof kád ϑob
Holén emrét,
R'chimín ennún çavtájkun
L'çedjó daš'júl!

T'qil hú li gér barnóšo,
V'rab hú šajnéh;
D'rachšó v'nuné v'forách'to
L'vaʿdéh otén.

Temhó den, dóf ʿal ʿíre
Chabbíb çavtéh,
Of hú bišó l'gihánno
L'vitéh boʿé.

Tehvé l'khun chájjat míte,
O mójuté;
Venó, d'gazzít, etgázze
B'gavvóh daš'júl.

Tavdíto téssaq mén kul
Lokh, máche khúl,
D'men kúl dukkó m'khan-
néš att
ʿAfréh d- Odóm!

Carmen Nisibenum LXX.

O mo márrir, áchaj,
Kóso hóno d'mávto,
D'márve óf lenákhpe,
D'néštannún bedémʿe!

Responsorium: B'ríkhu, d'máche
l'míte!

B'ʿúndonéh demíto
Of jaqqíro mézd'khe,
V'nézdallál venájlel
ʿAl chabbíbeh, dáf'raš.

Góʿev gér bechúbbeh
Háddomó, defóeš,
ʿAl bar závgeh, détp'seq,
Vávpi ʿʾjódeh v'çávteh.

Dállilév, dedómen
L- Abrohóm, deʿázzi,
D'néttel píro d'ráchmav
Méϑϑul móreh l'mávto.

Hónav ʿámmud š'róro,
Dáϑ'ʿen júqro b'ʿámmo;
D'gálle d'chášše ϑ'ráv beh,
V'ló ezdáʿzaʿ š'róreh.

Hó fallócho, d'khád ch'zo
Píro b'sátteh ʿ'qár'to,
S'gúlo, dáh'vo l'núgro,
Akh rišíto qárr'beh!

Vád'- Neftách tub t'míhoj,
Pállochó, deqáϑpoh
L'ϑúϑitó, debéʿlat,
L'móre khármo qárr'boh.

Z'khó leráchmav, qárr'boh,
Váʿ'ço chúbbeh váss'qoh;
V'ló eštánni b'cháššeh;
D'hájmonúteh s'mákh'teh.

CHámreh gér demávto
Téϑrav, dád'lich b'chášso;
B'démʿe márve ch'rífav,
V'láz'mináv bebékhjo.

Θób hokhíl mebájja
Θúpseh rábbo d'- Néftach,
Dábesájpo qárr'boh
Símat chájje l'móroh.

Jáminéh pešáϑ vo
Néftach vásseq débch'to.
Jávno ch'zóteh, dákh'ri,
V'lábbeb'téh beqóloh.

Jóe hóve kóhno,
D'kháhen bád'mo d'ménneh,
D'néhve ϑúpso l'móreh,
D'kháhen bád'mo d'náfšeh.

Kúl man d'róve b'chúbbo,
V'zókhe b'réchmat š'róro,
Akh dab'chélmav chóze
Léchabbíbeh, dáʿ'nad.

L'chábreh gér bechélmeh
G'dáš chozé, demóet,
Véto çáfro v'bájjeh
Mén karjúteh d'chélmo.

Mó domé leh ʿ'nído
L'háv damkó šekhíbo,
V'dóme mávto l'chélmo,
Of nuchómo l'çáfro!

Nédnach bán šeróro,
Bád'mut núhro b'ʿájno;
V'hó ch'zajnój lemávto,
Dákh surádav d'chélmo.

S'khál ger ájno, d'chóze
Šén'to, d'lájteh l'çáfro,
V'nésbar ʿ'láv demávto,
D'šén'to l'ʿólam t'qávve.

ʿAjno d'sábro én q'no,
M'çé chozé leh b'khásjo
L'hój šen'téh demávto,
Dáb'hav çáfro bóϑlo.

Pórach rícheh t'mího
D'háv gazzó decháj je
B'fágro, bájtoh d'náfšo,
D'néfqat ménneh vétn'ded.

Çébtav sógen v'šúfrav,
D'hájkal chúbbav d'- Rúcho;
Méštajján, deçóde,
V'hóve máškan š'lómo.

Qól šippúro m'jábbeb
L'khénnoré šolájjo:
D'qúm, zammár vešábbach
Q'dóm chatnó beqólo!

Rávbo hóve b'fúme,
Démetpátchin qábre;
Chád l'chad lóʿez b'mónav,
Šúbcho jóheb b'qólav.

Šúbcho lókh, deávrebt
L- Odom, kád dekhé vo!
Lókh šubchó, debáš'jul
Mákkekhtój, deétt'rim!

Távdi l'mán demákkekh;
Távdi l'mán denáchem;
Vóf kennór nešábbach
B'núchoméh lemóreh!

Emendanda

ad Carmina Veteris Testamenti metrice.

Scripsit Gustavus Bickell.

Psalmus LXVI¹. 8. 8. 8.

1 [Kól haárç,] harí'u l'- Jáhvä;
2 Zámmerú *na' khébodí š'mo;
Σímu khábod téhilláto!
3 Im'ru l- Élohim: ma nnóra'
Má'σekhá beréb 'uzzäkha!
J'kháchešú l'kha ójebäkha.
4 Kól haáreç jístachvú lakh,
Vízamm'rú l'kha, j'zámm'ru
š'mäkha:
5 L'khú ur'ú mif''lót Elóhim!
Nóra' ''líla 'ál b'ne ádam
6 Hófekhí jam léjabbáša;
Bánnahár ja'b'rú berágel.³
7 Móšel bíg'buráto 'ólam,
'Énav bággojím tiçpäna,
Hássor'rím al j'rímu lámo.
8 Bárekhú, 'ammím, 'Lohénu,
Véhašmí'u qól t'hilláto,
9 Háσσam néfašénu b'chájjim!⁴
10 Kí b'chantánu, Jáh, ç'raf-
tánu²;
11 Hábe'tánu bámmeçúda,
Σámta mú'aqá b'motnénu.
12 Hírkabtá enóš l'rošénu,
Bá'nu báeš úbammájim;
Váttoç'énu *lárevácha.

Psalmus LXVI². 7. 7.

13 Abó' bet'khá be'ólot,
'Sallém lekhá nedáraj;
14 Ašér paçú σefátaj,
Vedíbbär pí baççár li.
15 'Olót mechím a'lä llakh
'Im q'ϑóret élim *v'khárim.*
. . . .
-'Σä báqar 'ím 'attúdim;
16 L'khu, ším''u vá'sappéra,
Kol jíreé Elóhim,
Ašér 'aσá lenáfši!
. . . .
17 *Ki hítchannén* eláv pi,
Qará'ti *ló b'çaráti;*
. . . .
Verómam táchat l'šóni.

LXVI¹. 5b—6a. Verte: Terribilis in magnalibus suis super filiis hominum est ille, qui (quondam) convertit mare in aridam. -- 6b. Additamentum invitat ad exultationem in occasione (non in recordatione ejus) ante multa saecula jam elapsa. — 9. Stichus e Ps. 121, 3 petitus negaret oppressionem praeteritam, pro cujus fine populus gratias agit. — 10. Explicatio antipoetica ne sensui quidem convenit, cum hic non tam de purificatione, quam de simplici tribulatione sermo sit.

LXVI². Hunc psalmum alphabetizantem, utpote 22 distichis constantem, separandum esse patet, cum in eo non jam populus, sed unicus salvatus gratias agat. — 13a. Qui nominationem Dei hic necessariam habet, legat: Abó' bet'khá, Jah, b''ólot. — 17a—b. Moleste vox pi fit subjectum verbi in prima persona positi. Praeterea textus praesens transitum ab annuntiatione ad narrationem nimis abruptum reddit. — 17c. Stichus suppleri potest: Vajjítten gíl belíbbi. Certe tale quid poscit tam parallelismus quam sensus, qui mutationem tribulationis in salvationem sola copula exprimi non permittit.

CXLIII. Hunc psalmum interpolationibus aliunde desumptis scatere, indicavit mihi Clemens Koennecke, cui etiam transpositionem in Ps. 72 propositam debeo. Additamenta Psalmi 143 ortum habent e locis Ps. 7, 6; Thr. 3, 6; Ps. 77, 6. 13; 63, 2; 28, 1; 25, 1; 59, 2; quae vero

18 Avn ím raíti b'líbbi,
Lo' †jíšmaʿéni 'Dónaj.
19 Akhén šamáʿ Elóhim,
Hiqšíb beqól t'filláti.
20 Barúkh Jah, 'šér lo' hésir
T'fillát- v'chasdó meítti!

Psalmus CXLIII. 7. 5 | 7. 5.

1 Jahvä, šemáʿ t'filláti,
Ha'z'ná -l tachnúnaj!
Be'múnat'khá ʿanéni,
Beçíd'qatäkha!
2 Veál tabó' bemíšpaϑ
†Ittí ʿabdäkha!
Ki ló' jiçdáq l'fanäkha,
Elóhim, kól chaj.
3 4 Ki | títʿaϑϑéf ʿaláj ruch-,
B'tokh- jíštomém libb-,
6 Peráσt- jadáj eläkha:[4]
7 Mahér ʿ'nen-, Jáhvä!
Kal'tá ruchí, al táster
Panäkha m'ménni![4]
8 Hašm'ʿén- babbóqr chasdäkha!
Ki b'khá baϑáchti.

Hodíʿen dárk, zu élekh!
9 Ki | -läkha *chásit-.
10 Lamm'dén-, laʿσót r'çonäkha!
Ki átta 'Lóhaj.

Ruch'khá ϑobá tanchéni
†Beórach míšor!
11a L'maʿn ším'kha, Jah, t'chajjéni,
b Beçíd'qatäkha!
12a Ub'chásd'kha táçmit ój'baj,
11c Toçí' †miççár nafš-;
12b V'ha'bádta kól çor'ré nafš-;
c Ki 'ní ʿabdäkha!

cum psalmo praecedente communia habet, retinenda et ex identitate poetae, temporis, situationis explicanda sunt. — 3. Verte: quando. Apodosis in v. 6 sequitur. Interpolationes inter hanc vocem et sequentem interjectae particulae ki significationem causalem, logicae contrariam, obtruderunt. — 7. Interpolatio constructioni adaptari nequit. — 8. Duo stichi inter hunc et sequentem versum interpositi duplicem parallelismum strophae destruunt. — 11c. Transpositio stichi parallelismo postulatur.

In ceteris carminibus addantur hae emendationes: Ps. XVIII 2, 1: †'Romím'kha. XXIV 2b: Veʿál n'harót j'khon'näha; 8a: Mi zä malkí hakkábod? XXXV 16a: B'chonp lóʿagáj charáqu. LXVII 2b1: Servavit hoc verbum textus primitivus VA, sed in fine versus collocatum. XCII 11b: B'lotí bešämen ráʿnan. CVI 4a: Zokh'rén-, Jah, 'r'çón ʿammäkha. CXL 8: Jáhvä 'Dónaj, ʿóz j'šuʿáti, Sákkotá l'roší b'jom nášeq. CXLIV 13c2: méulláfot. CXLV 1a1: 'Romím'kha. Thr. III 63, 3—5: habbíϑa, 'ní †n'ginátam. Prov. VI 24a3: reʿ. Is. XII 2: Kí ʿozzí v'zimráti *'Jáhvä, Váj'hi lí lišúʿa. Hén El j'šúʿat-, ébϑach v'ló' -fchad. Jer. XVIII 14a3: Šáddaj. In Corrigendis substitue IV 9d pro III 9d, et L 7 pro XLIX 7.

Dissertationi adde, etiam apud Syros omnia carmina strophica esse. Nam carmen 56 S. Ephraemi adversus haereses, quod Augustus Hahn objicit, strophas habet undenorum stichorum. Parallelismus adhuc apud Cyrillonam strictissime observatur, immo in opere metrico Stephani Aldoensis agnoscitur. Ad carmina Veteris Testamenti alphabetizantia pertinet etiam tertium oraculum Balaami (Num. 24, 3—9); nam eliminandus est primus stichus v. 4 cum textu samaritano, nec non verba v'chiççav jimchaç in v. 8, quae in omni explicatione sensu carent, cum nec sagittae confringi soleant, nec oryx vel leo sagittis utantur. Carminibus alphabeticis adnumeretur ultimus hymnus Siracidae (51, 13—30), omnino artificium Psalmorum 25 et 34 sequens, quem in annalibus Zeitschrift für katholische Theologie 1882, II, e versionibus graeca et syriaca restitui. Orationem autem praecedentem (Sir. 51, 1—12) 22 distichis constare, ibidem demonstravi.

Supplementum

ad Carmina Veteris Testamenti metrice.

Scripsit Gustavus Bickell.

Ut in novalibus exarandis fieri solet, etiam post Corrigenda, in fine libri collocata, et Emendanda, in folio separato eidem addita, nonnulla mutanda visa sunt, quae hic breviter annotabuntur.

Ps. 1, 4b: Kí kh'moç, 'šér tidd'fännu rúch ʿal *p'né **haáreç*. — 5, 7a praemitte sticho 6b: T'ábbed dób're kházab; **Jah*, ɑané'ta kól poʿ'lé avn. — 5, 12a—b: V'jíɑm'chu kól chosé b'khá l'ʿólam, Jérannénu. — 6, 11a: J'bóšu v'jíbbah'lú *[1] kol ój'baj (e recensione Lucianea VA). — 7, 6 secundum locum Ps. 143, 3 hinc interpolatum ita restitue: Jirdóf ojéb nafš- v'jírmos L'arç chájjaj úkh'bod-' l'ʿáfar. — 9, 8: Hémma *áb'du* v'- Jáhvä l'ʿólam; Jášab, kónen l'míšpaϑ kís'o. — 11, 7c: Lectionem j'šarim testatur recensio Lucianea VA. — 12, 6c: Vox ʿatta e loco Isaiae 33, 10 irrepsisse videtur. — 13, 3d: Additamentum valajla confirmat recensio Lucianea VA. — 14, 4c—5a: Akh'lú lachm *äreç* Jáhvä, Lo' qár'u š'mó. Pach'dú fachd, kí Elóhim. — 17, 13—14a: Qumá, qadd'méhu*[1], **Ve*-hákhriʿéhu, *U*-fáll'ϑa náfši Meráša', Jáhvä; Mim'tím mecháled. Cf. Iob 15, 22 secundum textum VA. Ex hoc enim versu gladium et manum Dei desumpsisse videtur interpolator, qui vocem ç'funäkha (Ps. 17, 14) idem significare putavit ac vocem çafu (Iob 15, 22). — 18, 30a: Emendationem gáder confirmat textus primitivus VA in libris Regnorum. — 19, 6a: mechúpp'to. — 19, 8d: Machk'ımát *p'tajím. — 19, 13: Š'giót mi jábin m'sútt'rot? Naqqéni, *Jah!* — 21, 6a: Gódl k'bodó bišúʿatäkha. — 22, 2a: Zä dóri *dór'še **Jáhvä* (e recensione Lucianea VA). — 25, 7—8a: Chaϑϑót n'ʿuráj al tízkor; K'chasd'khá zekhór li átta! Θob Jáhvä, ϑób vejášar. — 26, 11b: Pedéni, **Jah*, v'chonnéni (e recensione Lucianea VA, ut etiam tres emendationes sequentes). — 27, 14a: Ch'zaq *vé'maç, *líbbi. — 28, 2a: Š'maʿ, **Jáhvä*, qól tachnúnaj. — 28, 4a: Ten láhem, **Jáhvä*, k'fóʿlam. — 30, 6c—7b: B'ʿarb jálin bäkhi, Ul'bóqer rínna; Va'ní *baϑáchti*, Amárti b'šálvat-. — 34, 6: Habbíϑu -láv un'háru, *Uf'nékhem ál jechpáru. — 34, 21a: Šomér kol ʿáç'motáv **Jah* (e recensione Lucianea VA). — 35, 7—8: Ki ϑámenú li ríštam, Šacht cháf'ru l'náfši. Rištó, 'šer ϑáman, tílk'do; Baššácht, jippól bah! — Ultima stropha Ps. 38 hoc modo ex interpretatione memphitica VA restituenda est: **Hišlikhún- jachíd k'fagr nítʿab*, **Vájechólelú et b'ɑári.* -L táʿz'ben-, Jáh, al tírchaq m'ménni! Chúša l'ʿézrat-, 'Dónaj, t'šúʿat-! Cf. notam meam ad Ps. 3, 8. — Ps. 44 strophas habet tetrastichas. Initium ita restitue: Jáh, šamáʿnu béoznénu, Aboténu sípp'ru lánu, Póʿl, paʿálta bíjeméhem,

Nifl'otäkha bíme qädem. — -Ttá, jad'khá, gojím horášta *Abeténu* váttiϑϑáʿem; *J'mínekhá* taráʿ leúmmim, *Téϑib lʿámmekhá* vatt'-šáll'chem. Deinde formantur strophae versibus 4, 5—6, 7—8, 9 (hoc modo: B- Élohím hillálnu *támid,* Kól hajjóm *big'búrot z'róʿo; Váomár: b'khol dór tigg'rénu,* V'šímekhá leʿólam nódä), 10—11, 12—13, 14—15, 16—17, 18—19, 21—22, 23 et 20, 24—25, 26—27. — 45, 7a: n'khoná. — 45, 17—18: Tácht 'botájk jihjú banájikh; T'šítim l'σárim b'khól haáreç. *Jízkerú š'mekh b'khól dor vádor; ʿAmmim jódukh lʿʿólam váʿäd. — 52, 6: -Hábta khól dib'ré balʿ, *rášaʿ,* Ul'šon'khá l'šon mírma. — 55, 8—9a: Hinné ahárchiq nóded, Alín bammídbar, -chíša, **Elé 'Lohím,* m'falléϑ li (e recensione Lucianea VA). — 56, 9: S'fúrat, σíma dímʿatí b'nodäkha. Nam fuga seu evagatio numerari nequit, sed lacrimae. — 59, 17b: V'-ránnen l'bóqr chasdäkha. — 62, 4: ʿAd naʾ t'hót'tu ʿál iš kúll'-khem, T'ráççechú k'qir náϑuj? — Ps. 66, v. 13—20, hoc modo secundum schema 7. 5 | 7. 5 restituendus est: Abóʾ bet'khá beʿólot, 'Šallém l'kha n'dáraj; Ašér paçú σefátaj, V'dibbär pi b'çár li. — ʿOlót mechím aʿlä llakh, ʿIm q'ϑóret élim; -ʿΣä báqar ʿím ʿattúdim! ..... — L'khu, šímʿʿu vá'sappéra, Kol jír'e 'Lóhim, Ašér ʿaσá lenáfši! ..... — *Ki hítchannén* eláv pi, Qará'ti *b'jóm ed-; Vajjítten gíl bil'bábi,* V'romám tacht l'šóni. — Avn ím raíti b'líbbi, Loʾ jíšmaʿ 'Dónaj. Akhén šamáʿ Elóhim, Hiqšíb b'qol t'fillat-. — Barúkh Jah, 'šér loʾ hésir T'fillát- *meítto, Velóʾ chaσákh 'munáto* V'chasdó meítti! — 69, 5a—b: Rábbu míσσaʿ'rót roš- σón'aj, ʿAçemú maç-mítaj šáqer. — 71, 6c post v. 7 collocandum videtur. — 73, 13b: Vaérchaç b'níqq'jon káppaj. — 75, 2a: Hódinúkha, Jáh, hodínu. — 77, 9b: Gamár 'mittó l'dor vádor? — 77, 10b: Im qáfaç báaf ráchmav? — V. 16 et 21 Ps. 77 lectiones variantes ejusdem distichi continent, hoc modo restituendi: Nachíta kh'çón ʿammäkha, Bené Jaʿqób ve- Jósef. — 78, 46a: Vajjítten l'chásil j'búlam. — 78, 48a: Vajjásger láddabr bʿʿíram. — 79, 13b: Nódä l'khá, *'*Lohím,* leʿólam (secundum recensionem Lucianeam VA). — 88, 12a: Haj'súppar b'qábr chasdäkha. — 88, 13a: H'jivvádaʿ b'chóšk pil'äkha. — 92, 14b—15a: Becháçerót 'Lohénu; Jafr'chú, ʿod j'núbun b'σéba. — 98, 8: N'harót jimch'ú khaf jáchad, Harím j'rannénu. — In Ps. 104 nulla transpositio versuum instituenda est, praeterquam quod v. 16—17 post v. 11 collocentur. Ergo ad stropham tertiam pertinent v. 10—11, 16—17, 12, ad quartam 13—15 et 18. — 106, 5c: Lehíthallél *b'chasdäkha Lʿolám* ʿim náchlatäkha. — 107, 24b: Veníft'otáv bim'çúla. — 109, 10a: Venóʿ janúʿu bánav. Vox v'šielu post corruptionem sequentis intrusa est. — 110, 3a: ʿAmm'khá n'dabt b'jóm cheläkha. — 113, 6b transpone post stichum 5a. — 114, 2a: Haj'tá J'hudá leqódšo. — 116, 16a: -Nná, Jah, *[1] 'ní ʿabdäkha. — 118, 26b—27a: Bérakhnúkhem *kúll'khem. Zárach* míbbet Jáh El; Jáh, vajjáer lánu. —119, 21: Gáʿart- zédim, háššogím mimmíçvotäkha. — 119, 39:

Há'ber chérpat-, jágort-, *¹míšpaϑäkha ϑóbim (e recensione Lucianea VA). — 119, 118: Sálit- šógim méchuqqäkha, šáqr tarmítam. — 119, 152: Qádm jadá'ti 'édotäkha, l''ólam j'sádtam. — 121, 6a: Jomám šamš ló' jakkäkha. — In v. 6 Ps. 135 interpolator etiam vocem ubaareç e v. 3 Ps. 115 desumpsit, quo illam jam antiquitus irrepsisse VA testatur. — 136, 26 stichum intercalarem sive responsorium fuisse, innuere videtur locus I Machab. 4, 24. — In v. 12 Ps. 140 vox l'madchefot est glossa recte explicans vocem b'mahamorot in v. 11; ergo ignis coelestis sola causa mortis commemoratur. — 141, 6c: Kí na''mú *l'- Jahvä tachnúnaj.* Vox amaraj designat cantica laudis et gratiarum actionis. — In Ps. 143 restitue prius distichon ultimae strophae hoc modo: Toçí' miççára náfši, Vetáçmit ój'baj. Annihilatio non est effectus misericordiae. — 145, 13d: ma'lálav. — 146, 4b: Ab'dú **kol* eštonótav.

Prov. 16, 17b: Šomér nafšó noçér *piv. Revisor in VA praemisit aliam versionem, TM conformem, cui exinde scriba, parallelismum resarturus, tres stichos de novo praeposuit. — 20, 19b: -L'fotä ɑ'fatáv -l tit'árab. — 25, 17a: Hoqár ragl'khá me- *¹ré''-kha. — Iob 3, 10b: Vajjáster 'ámal mé'en-. — 3, 25: vajjé'ten-. — 4, 6a: Haló' jir'át'kha *kíslat. — 4, 6b: Transpositionem copulae VA testatur. — 4, 13a: *v'-chéz'jonót. — 4, 20b: Mibb'lí ɑim l'náçḉh jobédu. — 6, 27b: Vetíkkerú 'al ré''khem. — 15, 11a: Ham''áϑ l'kha tánchumót El. — V. 31 cap. 21 post v. 22 transponendus est. — 24, 9: Jigz'lú minní ɑedé tam, Ve'ál 'aní jachbólu. — 35, 15b: Lectionem bappáš' tuetur VA. — 36, 2b: Ki 'ód **bi* lé- 'Loh míllim. — Num. 21, 28b: míqqart. — Deut. 32, 41a: Im ló' šannót- b'raq chárbi! — Jos. 10, 13—14 orationem tantum solutam continent. — Judic. 5, 4c: -f šamájm naϑáfu (cf. Ps. 68, 9). — 5, 5b: Míppené Jahvä, 'Lohé Jiɑráel. — 5, 7: Chádelú f'razón b'- Jiɑráel, 'Ad šeqqámat D'bóra, ém b'-Jiɑráel. Pleraeque repetitiones in carmine Debborae non ad metrum, sed ad solum cantum et exhibitionem musicalem pertinent. — 5, 8d: Béarbá'im álef. — 5, 11c: Çíd'qot Jáhvä, pír'zonó b'- Jiɑráel. — 5, 12b—c: 'Uri, dább'ri šír: qum, Báraq, -Š'bé šebj'khá, ben 'Bíno'm! — 5, 30c: Š'lál ç'ba'ím, çab' ríqmatájim. — 16, 24 praebet exemplum carminis, in quo omnes versus eodem modo clauduntur. Schema est 6. 4. 4 | 6. 10, ergo: Nátan Elohénu Béjadénu Et oj'bénu, V'ét machríb arçénu, Váašér hirbá et chálalénu. — II Sam. 1, 21b: Šám nig'ál magén gibbórim. — 3, 33—34 est stropha sequens schema 7. 7. 7 | 7. 7, ergo: Hakk'mót nabál jamút -Bner? Jadäkha ló' asúrot, V'ragläkha ló' lin'chúštajm. Higgíšu **lo* *khenábal; Lif'né b'ne 'ávl nafálta. — 23, 1d: V'na'ím leçúr Jiɑráel. — Is. 9, 8c—d: *Hámmaqším 'orpám* begá'va Ubegódel lébab. — Jer. 12, 9a non est interrogatio, ergo emenda primam vocem in 'Ajϑ. — Mich. 6, 2—5 cum v. 6—8 carmen efficiunt. Itaque duae hae strophae praeponendae sunt: Šim''ú,

harím, et ríb Jah, V'haétaním, mos'dé arç! Ki ríb l'- Jahvä ʿim ʿámmo, V'ʿim Jíσraél jitvákkach. — ʿAmmí, mä ʿáσití lakh, V'ma hél'etíkha, ʿ'né bi! Ki mím- Miçrájm p'ditíkha, L'maʿn dáʿat çíd'qot Jáhvä.

Ceterum multa adhuc remanent carmina prophetica, e quibus nonnulla secundum metrum originarium (quod, nisi aliter indicatur, semper sequitur schema consuetum 7. 7) in libro Dichtungen der Hebraeer germanice versa exhibui, nempe: Is. 10, 5—19; 49, 1—13; 52, 7—10 (schema: 7. 5 | 7. 5); 60, 1—11 (schema: 7. 7 | 7. 7 ‖ 7. 7 | 7. 7); 61, 1—11; Jer. 17, 5—11 (schema: 7. 7 | 7. 7); Os. 14, 2—9 (schema: 7. 5 | 7. 5); Am. 1—2; 6, 1—7 (v. 2 pro glossa seriori habendus est); 8, 4—10. Ibidem invenitur versio germanica carminis Judithae, critice restituti (schema 7. 7 | 7. 7). In cap. 20 Jeremiae v. 7—13 habent schema 12. 12 | 12. 12, v. 14—18 autem 7. 7. 4. In libro Ecclesiastae haec inserta sunt metrica (fere omnia secundum schema 7. 7): 1, 8. 18; 2, 2. 14a; 4, 5; 5, 2. 9a; 6, 7; 7, 1—9 (schema: 7. 7 | 7. 7). 11; 8, 1b—4; 10, 1a. 2. 11—13. 15—17; 11, 4. 6a; 11, 9—12, 1a (duo ultima versus eodem modo desinentes habent). Jesus Siracides omnia secundum schema 7. 7 conscripsit, excepto hymno finali alphabetico, cui schema est 7. 7 | 7. 7.

P. 165, l. 6 ab infra lege: inscrutabili (pro: investigabili). — P. 220 ita restitue v. 106—107 carminis Nisibeni 69: Távditó denásseq, ʿAmm'khun nášven Móran!

Ad paginam complendam addo, Jacobum Ecker Monasteriensem, qui in annalibus Literarischer Handweiser (a. 1882, n. 320; refutationem meam vide in ann. Ztschr. für kath. Theologie, a. 1882, n. 4) systema meum metricum acerbissime aggressus est, immerito solis annalibus praestantissimis Stimmen aus Maria-Laach (a. 1879, n. 5; a. 1882, n. 5) *commiserationem* suam obtulisse, eo quod systema illud approbaverint. Eandem enim commiserationem meruerunt etiam alii multi critici optimae notae, e quibus hic nomino: in Austria P. Joannem Heller et P. Matthiam Flunk, S. J. (Ztschr. für kath. Theologie, a. 1879, n. 1; a. 1882, n. 2), P. Placidum Steininger, O. S. B. (Theologisch-praktische Quartalschrift, a. 1882, n. 4); in Germania Augustum Rohling et Constantinum Gutberlet (Lit. Rundschau, a. 1879, n. 2; a. 1882, n. 15), Ludovicum de Hoermann (Magazin für die Literatur des In- und Auslandes, a. 1882, n. 46), censores anonymos in ann. Theologisches Literaturblatt (a. 1882, n. 36) et Beweis des Glaubens (a. 1882, n. 8); in Anglia censorem item anonymum in Athenaeo (a. 1879, n. 2678); in Belgio Thomam Lamy (Revue catholique, a. 1879, n. 1); in Gallia P. Edmundum Bouvy, O. S. Aug. (Lettres chrétiennes, a. 1880, n. 3. 4; a. 1881, n. 5. 9) et Franciscum Vigouroux (Monde, a. 1882, n. 257).

DATE DUE

~~FEB 1 0 '68~~			
~~AUG 1 2002~~			